

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. X. De baptismo

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](#)

diuersum quiddam est à tabulis.

De Baptismo.

C A P . X .

AD numerum sacramentorum
*Numerus sa-
cramen-
tum.* quod attinet, cum duo tantum
 recenseo, Propheticæ atq; Apostoli-
 cæ doctrinæ sententiam, ac purioris
 Ecclesiæ iudicium me sequi existimo.
 Nam de signis hic ago perpetuis, in
 continuo usu positis, Ecclesiæq; uni-
 uersæ à Deo mandatis: qualia in prio-
 ri testamento p;ij atque eruditæ homi-
 nes circuncisionem & agnum pascha-
 lem esse cœsent: in posteriori uero Ba-
 ptismum & Dominicam coenam tan-
 tum agnoscunt. Diuersum sentientes
 atque sequentes reuincere nunc nolo.
 Hanc meam sententiā & scripturarū
 sacrarum testimonio, & totius ueteris
 Ecclesiæ iudicio niti scio. Nec est ne-
 cessle multis exponere quatenus no-
 ua à ueteribus dissentiant, aut etiam
 quantus sit inter utraq; cōsensus. A-
 pud sanos piosq; omnes est in confes-
 so.

78.

So, qd Augustinus aliquot locis scribit Quatenus
signis quidē diuersa fuisse, atre que si
gnata appellari solet, minimē differre:
quam tententiā Propheticæ atq; A-
postolicæ doctrinæ consensu confir-
mat. Ista enim manifestè testificatur
cōmunem esse Deum, unum omnib.
uero itw, eundem Spiritum, uerbum
idem, unam iusticiā, eiusq; cōsequen-
dæ uiam esse eandem, nempe fidem.
Quomodo igitur non eadem est *vivæ*
vivæ, et eius obtinendæ modus idem
nō erit: Id ut in animos nostros indu-
camus, in primis mouere nos debet,
quod communis futura sit salus, quæ
est societatis istius finis. imò ipsissima
est *vivæ*, & absoluta societas cum
Deo: quæ iniī quidem in uita hac, &
eius habemus per Spīritū, fidem, uer-
bum, sacramenta gustum quendam,
at fruitio futura est prorsus commu-
nis, in unius communis parentis Abra-
hami sinu. Vnum fundamentum esse Eph. 2.
utriusq; Ecclesie, Apostolus diserte af-
firmat,

firms. unum etiam esse caput idem te
statur, membra quoque eiusdem corpo
ris esse oportet, à cuius *κοινωνίᾳ* qui ex
cluditur, à salute ut excidat necessariò
conficitur. Imò uero eodē Apostolo
teste, nos ius non habemus ullum in
ea hæreditate quæ communis est, nisi
quia cum oleastri essemus in bonam

Rom. 11. insiti oliuam *συγκοινωνίᾳ* *πίστες* effecti
sumus, atque in Abrahami (cui hæredi-
tatis facta promissio fuit) censemur

Rom. 4. posteritate, quatenus ipsius fidei uesti-
gijs insistimus. Ad hæc prorsus acce-

Cor. 10. dit quod Paulus nihil addubitat uete-
ribus illis patribus Baptismum tribue-
re, eandem etiam escam atque potum
eundem, sicut & nobis circuncisionē

Col. 3. ascribere minimè est ueritus. Quid si
bi uult illa uocum permutatio, nisi φ
rerum *κοινωνία* esse sensit, idque ut sen-
tiremus significare uoluit: Circūcisio-
nem *ἀχερονίγνωμη* (quæ externę circun-
cisionis haud dubieres est signata) di-
serte gentibus tribuit, Iusticiam fidei
quam

77
quam circuncisio obsignabat com-
munem esse & Iudaeis & gentib. hoc
est prioribus atq; posterioribus, mul-
tis, firmisq; rationib. probat, demon-
strat, euincit. Neque obstat his tempo-
rum diuersitas: aut diuersum suadere
debet dispensationis dissimilitudo.
Ilorum quidem sacramenta de com-
plendis mysterijs eos præmonebant,
haec uero completa in memoriam no-
bis reuocant: sed in una re coeunt, in
unum feruntur scopum, ab uno deni-
que fonte & illa & ista hauriunt quod
credentibus & offerunt & præstant.
Nihil etiam obstant quæ idem Augu-
stinus prudentissime obseruauit, atq;
scitissime tradidit, nostra sacramenta
esse illis quidem numero pauciora, a-
etu facilitiora, uerum uirtute maiora at-
que utilitate meliora: ac demū nostra
esse obseruatu castissima, significatu
præstantissima, & intellectu augustinis-
sima. Quis enim nescit incrementum
aut decrementum tale, hoc est quod
solet

Rom. 4.

Solet dici, maius aut minus rei, nequa
 quam uariare substantiam? An non
 eadem lux est matutina, cum meridia-
 na? Et ut similiū conferam, an non
 idem Christus est quem pīj corā cer-
 nent, ac nunc per fidem, hoc est ob-
 scurē uident? Quanta uero est in ui-
 dendi modo differentia? Postremo
 cum doctrinę coniuncta sacramenta,
 sint uelut appēdices, cur aliud in istis,
 quam in illa statueretur discrimen?
 Quis uero inficiabitur unam omnino
 esse doctrinam Propheticam atq; A-
 postolicā: licet hæc sit illa & apertior,
 & illustrior, addā etiā & cumulationior?
 Dissimilitudo etiam quædam est in
 dicendi tradendiq; forma, sed rem es-
 se unam quis negabit? Mihi perinde
 esse uidetur, ac si eadem ars traderet
 pueris rudibus, & prouectioris etatis
 atq; eruditioñis grauioris capacibus.
 Methodo diuersa esset in eadē re ex-
 ponenda, utendum. Eandem senten-
 tiā uerbis clarioribus atq; obscurio-
 ribus

ribus exprimere quid uetat? Et uero
 eandem doctrinam esse & lac, & soli-
 dum cibū, pro uarietate tractationis
 saepe monet Augustinus. Verum lon-
 gius quam decreuerā, atq; facturum
 me receperā, sum in isto argumento
 euagatus: ad Baptismū redeo. Huius
 signi uim atque usum, tum Christus ^{Vfus Baptis}
 tum Paulus pulchre atq; disertē expo-
 suere. ille quidem non tantum cum a-
 mandaret suos Apostolos in orbem
 uniuersum: sed etiam multo clarissi-
 me in ea quā habuit cum Nicodemo
 legisperito disputatione: iste uero ple-
 riisque in locis, uerū in prīmis est il-
 lustris is qui extat Tit. 3. cum ipsum ap-
 pellat ἀστροφη πελιγγετίας οὐκ αὐτού-
 ρωσεως των ματθαϊσ. Quid expre-
 sius dici posset ad sacramēti huius ex-
 primendam mirificam energiam?
 Cui uero uis tanta debeat, nomina-
 tim monet. nempe Sp̄iritui S. cuius
 hoc lauacrum, est instrumentū. Cuius
 porro merito contingat beneficium
 tantum

Iohann. 3.

tantū, undeçp fluat, eleganter atçp ex-
plicatē docet Rom. 6. Credentes in
Christū baptizari ait, hoc est ut paulo
pōst exponit, fieri per baptismū Chri-
sto συμφύτος, ut mortis sepulturæ a-
deoçp resurrectionis ipsius fiant parti-
cipes: & coalescentes in corpus cuius
ipse est caput, ab eo uim omnem iu-
sticiæ, & sanctitatis (quæ peccatum
tollit abolet adeoçp absorbet) atque
uitæ (quę mortem non pellit solū, sed
etiam extinguit) petant hauriant,
sumant, assidueçp ducant, non secus,
atque rami in truncum generosum, &
uitalem inserti. Non minus elegans at-
que expressa est altera qua Gal. 3. uti
metaphora, cum alludens ad corpo-
reum istum uestitū & ornatū, eos qui
in Christo baptizantur ipsū induere
testatur. certe cœleste hoc coniunctio-
nis mysterium oculis subiicit, & uelut
palpandum tradit. Verū longè cla-
rissima esse uidentur quæ Eph. cap. 5.
scribit facta mentiōe sanctificationis
atçp

atq; purgatiōis Ecclesie, quę sit pera-
 quę lauacrū adhibito uerbo, ut ampli-
 ficaret atq; illustraret argumentū qđ
 tractandū suscepereat, subiecit, creden-
 tes mēbra esse corporis Christi ex car-
 ne eius atq; ossib. eius. Quis est qui du-
 bitet hęc referēda esse ad baptismi my-
 steriū cuius meminerat? Quid aut̄ us-
 quam legit̄ dictū significātius ad istā
 nostrā cum Christo, per ipsius carnem
 seu corpus & insitionē expri-
 mendam? Audīmus em̄ & carnem ex
 carne, & os ex ossib. fieri. Nam Apo-
 stolus suo more à signis, ad res signa-
 tas argumentat, Christi institutionē
 intuens, hunc legitimē utentib. (qđ ut
 ipse intelligit semper, ita nos sic inter-
 pretari perpetuò conuenit) promissa
 seruare nihil addubitat, atque ideo ut
 de re p̄festa pronūciat. Parū attenē
 istud cōsiderāt, minusq; dextre de eo
 Apostoli loco iudicāt, qui unius Lyrę
 permotī testimonio solam uitutem
 carnis Christi in Baptismo includi, &
 f substan,

Substantiā excludi affirmant. An carnem de carne, & os de ossib. fieri, non est in ipsius substantiæ uenire consortium, adeoçq; eius participem fieri? Ista sanè uerba Apostoli, si ea prudenter religioseçq; expendamus, non cedunt his quibus i Cor. 10. de coena loquens utitur, siue rem significatam, siue uerborum spectemus perspicuitatem atq; proprietatē. Neçq; ista dico quod uerba illa loci ad Ephesios etiam ad coenam Dom. accommodari & posse & debere negem: sed affirmo ad Baptismū quoçq; omnino pertinere. quod ipsa orationis series omnino flagitat, & fateri nos cogit. Hæc cum ita se habeāt, qua fronte inficiari quis poterit, in Baptismo coire ~~in~~ ⁱⁿ Christi corpore: Quis presentem esse diffitebitur? Quomodo poterit quisquam fieri caro, de carne absente? Quomodo coalescer membrū cum capite procul diffitor? Iam verò si de modo roget aliquis, non puto a-

deo

deò esse obscurum, ut non queat ut
 cuncte exponi: neque adeò arduum, aut
 arcanum, ut religio explicari, modò
 id sobrie fiat, nequaquam sinat. Nam
 ex eo ipso loco peti non incommoda
 explicatio nodi istius potest. Consi-
 deremus itaque Apostoli argumen-
 tum, atque institutum. Is ut argumentum
 de mariti erga uxorem officio (quod
 in manibus habebat) & explicaret &
 illustraret, pulchre accommodat Christi
 erga Ecclesiā suam dilectionis, mi-
 rificum exemplū. Sic licet nobis ar-
 bitror ad hanc credentiū cum Christo
 coniunctionē (quam mysticā esse ibi
 dem affirmat Paulus) explicandā con-
 iunctionis quae inter maritum & uxo-
 rem intercedit, sobrie & religiose ex-
 pendere naturam. Nam ut nulla est in
 humanis societatibus arctior, ita ad
 hanc Christi cum Ecclesia quae arctis-
 sima est, exprimendam aut aptior,
 aut evidentior est nulla. Nullam
 etiam esse qua uel libentius, uel fre-

f 2 quen-

Coniugij cū
 diuina loca
 via cons
 paratio.

quentius usi sint scriptores sacri, satis constat. Superest igitur ut considemus cuius generis ea siue coniunctio siue societas sit. Regula est adeo familiaris, ut proverbi locum obtinuerit,
Consensus, nō concubitus coniugii facit.
 Ergo cōsensu iniī, coalescit atq; cōtinetur. Quod si ita habet, *nivavie* ista est animorum potius q̄ corporum aut fortunarum, quantūvis hæc illam sequatur: imò illa istam secum trahit. Locorum ratio hic nulla habetur. Spacij quo corpora continentur uel proximitas, uel lōgitudo nihil iuuat aut officit. Inter longis interuallis dissitos iniri societatem nihil uerat, quia loci uicinitas eam non constituit, ut neq; dirimunt. Manet tamen semper inuiolata diuinal ex, *Erunt duo in carnē unā.* Inde pīj, dociles, ueritatisq; amantes, conjectura neq; obscura, neq; dubia colligere possunt, cuius rationis hæc Ecclesiæ cum Christo capite suo sit

Gen. 3.

191vae

coivoviae, siue copulatio. Meminisse enim semper debemus, conferri parua magnis: & haec cœlestia esse, hoc est diuinissima, & spiritualissima. Quid si dicamus tatis per dum in hoc mortali corpore agimus, hoc est, ut Paulus affirmat, peregrè absimus à Dño, esse tantū inter nos, & sponsum Christum contracta spōsalia, & expectari plenā copulationem? An nō id erit prorsus literis sacris cōsentiens? Quantū autē nuptiæ à sponsalib. seu inchoata à perfectis differat, quis est tam rerū impetratus qui nesciat? Verū de his satis.

De cœna Domini.

C A P. XI.

AD sacramentorū rectam cogni- Sacramen-
tionem, & certam dijudicatio- torum uer-
nem in prīnis duo consideranda esse bae & ele-
michi uidentur. nempe uerba, quibus menea con-
est usus qui ea instituit: & exteriora si fideranda
gna, quæ adhibere iussit. Nam ut ista sunt.
duo maximam inter se cognitionem
atq; similitudinem habere solent: ita
f; pul-